

Monumenta Germaniae historica
Abteilung Scriptores

Incipit ~~Historia~~ ^z Faventinae Civitatis ^a [v]...

CAP. I.

(Ante Chr. nat. An. 20). Tempore Augusti Caesaris, qui primus sub tempore gratiae [e] Romanum tenuit imperium, anno ^{ante} scilicet [d] xx. ante nativitatem Domini nostri Iesu Christi [e] Flavius nobilis et ^{us} ditissimus [f] Romanorum [g], regali stirpe genitus, multas et magnas in provincia Romanae acquisivit possessiones, in quibus longe ab urbe Ravenna per xx miliaria, super Alamonem et Simiolum [h] fluvios, civitatem aedificavit, quam a suo nomine Flaviam vocari voluit [i]. Ad huius vero civitatis aedificationem viros bellicosos atque constantia pollentes undique congregavit, qui fundatoris consilio [j] ^{eorum} eiusque filiorum ac nepotum adiutorio, muris [k] maximis, altissimis turribus, brevi tempore adeo civitatem munierunt, quod inexpugnabilis ab omnibus

Variantes Lectiones

[a] *Historia*. Codex Manfredianus habet: *ystoria*. — [b] *Faventinae Civitatis*. Quae sequuntur in cod. Manfr. nonnulla literarum vestigia, adeo tempore evanuerunt ut nihil certi erui inde possit. Clarissimus vir, omnigena eruditione perpolitus editisque operibus celeberrimus, Io. Benedictus Mittarelius, totius Ordinis Camaldulensis Praesul ac Moderator supremus, ex iis haec verba elici posse auctumat, nimirum: *datio civium*. Revera prius verbum, scilicet *dacio*, ut codex habere videtur, non arduum est oculis usurpare. Alterum vero, nempe *civium*, recentiori manu adiectum est; ideoque dubitari potest, an vera lectio ea sit. Scriptor codicis Viaranei aliter legit, aut supplevit. Habet enim: *nec non et civium*. In tanta rei obscuritate, ratius est aliis iudicium de hisce relinquere, quam incerta exhibere et venditare. — [c] *Sub tempore gratiae*. In C. Viar. legitur *guerre*, sed in margine eius pro *guerrae* scriptum est, manu recentiori, *gratiae*. Notulam gre, quae est in C. M., Cl. quoque Mitt. vertit *gratiae*. Sicque legendam esse patet. — [d] *Anno scilicet*. *Anno*, vel *annis*, cum desideretur in codd., supplet Cl. Mitt. — [e] *Iesu Christi*. Cod. M. habet *Ihesu Cristi*. — [f] *Ditissimus*. In C. M. vel *dictissimus*, vel *divissimus* legitur. — [g] *Romanorum*. Sic legit Cl. Mitt.; sed locus corruptus est. Cod. V. habet *rerum*. — [h] *Super Alamonem et Simiolum*. Rectius, *inter*. Pro *Simiolum*, quod alias habet C. M., *Simniolum* legitur in C. V., vulgo *il Senniolo*, sive *il piccolo Sennio*. In Chart. antiq. legitur *sinniulus*, et *sinnius* pro *sennius*. — [i] *Consilio*. Ita C. V.; *consilio* C. M., et sic alias. — [j] *Muris*. Sic legit Cl. Mitt.; *mutis* C. M.; *multis* C. V.

(*) I richiami per lettere minuscole indicano le varianti dei Codici raccolte dal Borsleri; quelli per lettere maiuscole, le brevi note da lui apposte a schiarimento del testo; le cifre arabe rinmandano alle illustrazioni in fine della Cronaca.